



# Positiones juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/345238>

P O S I T I O N E S

J U R I D I C Æ  
I N A U G U R A L E S,

Q U A S,

FAVENTE DEO OPT. MAX.

*Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

**M. JOHANNIS LEUSDEN,**

Philosophiæ Doctoris, & Linguae Sanctæ in Illustri  
Academia Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academici consensu, & Nobilissima  
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*


**PRO GRADU DOCTORATUS**

Summisque in **UTROQUE JURE** Honoribus & Privilegiis  
ritè ac legitimè consequendis,

*Eruditorum Examine subicit*

**HENRICUS GEORGIUS MULLER, Hassus.**

*A. D. 1. NOVEMBRIS, horâ locoque solitis.*



**TRAJECTI ad RHENUM,**

**Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiae  
Typographi, clō lōc xciij.**

36  
P O S T I L L O N E S

J U R I D I C A E

I N A G G R A E S

F A V E N T E D E O P T. M A X. I M P. C A E S. A U G. S. P. S. R. I. P. S. I. N. D. E. I. M. P. S. T. A. T. I. S. S. E. N. T. I. S.

Auctoritate Magnifici D. Rectoris

M. JOHANNIS LEUSDENI

Philosophiae Doctoris, & Linguae Graecae in Illustri  
Academia Ultrasectinae Professoris Ordinarii, &

NEC NON

Amplicissimi Suae Academiae Praesidis, & Rectoris

Facultatis JURIDICAE DOCTORIS

PRO GRADU DOCTORATUS

Summius in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis

titis ac legitimis conceptus, &

Examinum Examini subiectus

HENRICUS GEORGIVS MULLER, HALLIS

A. D. 1. NOVEMBRIIS, MDCCXXXIIII.



TRAJECTI ad RHENVM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae.

Typographi, cl. Jac. xxiii.



POSITIO NES

JURIDI CÆ  
INAUGURALES.

P O S I I.



Us nostrum, quò utimur, cum du-  
plici ratione nitatur, una quæ natu-  
rà; altera quæ legibus habetur; du-  
plex etiam ejus partitio reddi potest;  
ut aliud sit naturale, aliud legiti-  
mum, quam partitionem Grotius op-  
timam dicit *lib. I. cap. I. de J. B. & P.*  
& ante eum tenuero J. C. in *l. 9.*  
& *l. II. ff. de J. & F.*

I I.

Distinctio Juris naturalis in primarium & secunda-  
rium, quamvis à multis rejiciantur, nobis tamen valdè  
tenenda

4 POSITIONES JURIDICA

tenenda videtur, cum in ea fundamentum sit, eorum penè omnium quæ de jure naturali & Gentium, de obligationibus his juribus inventis, de æquitate, nudo pacto & similibus in controversiam vocari solent: ex quâ etiam expedienda omnis quæstio quæ de utriusque juris origine, præstantia atque auctoritate affertur: hæc etiam, num jus naturale possit legibus tolli & quatenus possit? quæ quanquam semper visa fuerit difficilis & obscura, tamen ex hæc distinctione facile dijudicari potest, illud sc. quod primum vocamus, recti & non recti quæstionem continens, omnis mutabilitatis expertus esse, alterum, quod secundarium vocamus, utilitatis communis habens rationem, sine cujusquam injuria vel tolli posse vel mutari  
*§. in f. f. J. N. G. & C.*

I III IO P

• Obligatio naturalis duplex est, una quæ insurgit ex honestate & debito morali, altera quæ ex legis ac juris naturalis vinculo oritur: prior pertinet ad honestam quandam observationem, quæ tamen necessaria non est, ex vi legis, sed ex vi honestatis moralis, ut legata integra sine detractione falcidiae præstare *l. ex imperfecto C. de testamentis li. 1. C. ad l. falcid. solvere debitum*, quò quis in poenam creditoris erat liberatus: Vicem beneficio rependere *l. 25. §. in ff. J. hered. petit.* quæ omnia cessare faciunt conditionem indebiti.

II

I V.

• Obligatio naturalis duplex est, una quæ insurgit ex honestate & debito morali, altera quæ ex legis ac juris naturalis vinculo oritur: prior pertinet ad honestam quandam observationem, quæ tamen necessaria non est, ex vi legis, sed ex vi honestatis moralis, ut legata integra sine detractione falcidiae præstare *l. ex imperfecto C. de testamentis li. 1. C. ad l. falcid. solvere debitum*, quò quis in poenam creditoris erat liberatus: Vicem beneficio rependere *l. 25. §. in ff. J. hered. petit.* quæ omnia cessare faciunt conditionem indebiti.  
*§. in f. f. J. N. G. & C.*

INAUGURALIS.

5

tium, alius à jure Civili, : jus Gentium indefinè omnes ligat, quod commercium esse non possit: ubi fides conventionum non servaretur: Jus Civile distinguit inter personas & causas.

V.

Inter personas ut soli prudentiones & majores arctarentur, eximendo ita ab effectu obligationis minores, per tot. tit. ff. f. C. f. minorb. furiosos & prodigos post bonorum interdictionem tot. tit. de Curat. furios. l. is cui bonis ff. de verb. obl. mulieres ex causa fidejussionis tot. tit. ff. C. ad Sctum Vellej. aut filiosfamiliàs ex causa mutui. tot. tit. ff. C. ad Sctu Maced.

VI.

Inter causas, ut nec majores arctarentur, nisi promitterent ex causis frequentioribus & magis necessariis ad sociale & politicam hominum vitam quales sunt, emptionum venditionum, locationum, conductionum, societatum, mandati, commodati, depositi pignoris & simil: quæ enumerantur in l. Juris Gentium princ. ff. de pact. C. pr. f. de obl. ex Cons. reliquas verò conventiones non ita frequentes & necessarias ad effectum contra invito non exequitur jus Civile, jure actionis, quamvis etiam non ex toto inermes reliquerit, quando quidem eis concessit jus excipiendi §. 3. f. de except. f. l. Juris Gent. §. igitur nuda: jussitque ut obligatio quæ ex illis nascitur prodesse ad Novationem l. 1. ff. de Novat. & ad deligationem §. 3. f. quib. mod. toll. obl. ad

## 6 POSITIONES JURIDICÆ I

fidejussionem §. 1. *J. de fidej.* haberetque alios effectus à Jure Civili sibi accommodatos, de quibus vide *Glof. C. DD. in §. praterea J. de except.*

## VII.

In contractu emptionis & venditionis permissum est contrahentibus se mutuo circumvenire *l. 16. §. pen. de minorib.* at verò quod permissum est necessarium non est, neque enim talis est permissio quæ jus dat, sed quæ circumvento certas ob causas auxilium denegat, cum in tam brevi confinio æqui & iniqui fieri non possit, quin pars altera paulò plus ferat, partes etiam in aliqualem inæquælitatem consenserint. *vid. l. 8. C. de rescind. vend.* qui consensus cum liber sit, & esse debeat, donatio quædam dici potest, seclusa tamen veræ & propriæ donationis lege, dimidium tamen justii pretii excedere non debet hæc circumventio *l. 2. C. de rescind. vend.*

## VIII.

Beneficium *l. 2. C. de rescind. vend.* non solum in contractu emptionis & venditionis vigere & obtinere debet, sed ferè semper & in omnibus aliis contractibus b. f. in quos saltem cadere potest hæc deceptio & qui emptionis simile quid habent *l. 3. C. Com. utr. jud.* sic ergo in mutuo, commodato, deposito & mandato locum non habet, cum in his nemo decipi queat, plus quam dimidiâ parte pretii, nulla enim rerum æstimatio intervenit, nec verò intervenire potest, quatenus sunt ejusmodi: at neque in donatione, per eandem rationem: nisi ea certâ summa

summâ limitata & definita , ex qua donationis iniquitas cognoscatur.

**IX.**

Liberis ob alias quam 14. Nov. 115. cap. 3. causas exheredatis , aut silentiô præteritis ; testamentum quoad institutionem auth. ex causa C. de lib. prim. rit. Ipso jure nullum efficitur l. fin. §. sancimus eod. adeoquidem ut licet vivo patre moriatur ante natus l. 12. ff. de injust. rupt. testam. tamen quoad extraneum non convalescat arg. l. 12. §. pr. J. de Injust. rupt. Scilicet

**X.**  
Filio repudiante hereditatem , substitutus patri præfertur , expressa enim testatoris voluntas provisionem legis cessare facit l. 43. §. 1. ff. de vulgar. ex pupill. sub l. Auth. Hoc amplius C. de fideicommissis.

**XI.**  
Res alienæ ut alienæ secundum leg. 10. C. de legat. & quæ in commercio hominum sunt ; legari possunt. §. 4. I. de legat. adeo quidem ut licet hæres earum commercium non habeat l. 49. §. 3. de legat. 2. tamen legatorio capaci puta d. l. 49. §. 2. vel rem vel æstimationem præstet. §. 4. J. de legat.



## X I I.

Justus ad Ufucapionem desideratur titulus, quod tamen in præscriptione temporis immemorialis *l. ult. (unde vi, & in servitutibus non tenet l. ult. ff. de aq. & aq. plu. arcend.*

## X I I I.

Novatio prioris obligationis tunc obtinet, cum inter contrahentes expressum est, quod propter novationem prioris obligationis convenerint, idque secundum sacratiss. Imperat. nostri Justiniani Constitutionem quæ inter medias codicis sanctiones radiat *l. ult. C. Novat. §. 3. ff. quibus mod. toll. oblig.*

## X I V.

Bonæ fidei possessor fructus industriales consumptione absolutè suos facit §. 3. *ff. de R. D.* nec ad restitutionem eorum tenetur, licet locupletior factus sit *d. §. 36. §. 2. ff. de Off. jud. fac. l. 4. §. 2. ff. fin. reg. l. 1. §. 2. ff. de pign. nisi quæstio sit de possessore hæreditatis, is enim etiam de consumptis fructibus tenetur quatenus locupletior est factus l. 25. §. 11. l. 40. §. 1. ff. de hæred. pet. cujus singularis ratio sumi potens ex l. 178. §. 1. ff. de V. S.*

F I N I S.